



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die vigesima secunda Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

quem hæc obtenta sunt, merita, ut etiam præcipua pignora sanctæ virginis vrgenti principi non denegassent. Is enim subactis, Christianæque fideli copulatis Slauorum gentibus, per quinquennium in Italia commoratus filios Berengarij bellauit, Romamque, & Apostolicam sedem, pristinæ reddidit libertati.

Die vigesima secunda Ianuarij.

De B. Gualtero Brugensi, epis. Pictauorū.

Ex Chronico sancti Antonini, parte tertia, titulo vi-
gesimo quarto, capite nono.

PIctauis, obitus beati Gualteri episcopi.

De quo subijcienda sunt verba sancti Antonini. Sub bona gratia, decimo, inquit, magistro generali ordinis Minorum, frater Gualterus de Brugis, magister in Theologia, tunc Minister Turoniz, fuit per Dominum Papam compulsus recipere episcopatum Pictauensem. Et quamvis Generalis supplicauerit ne ille frater auferretur illi prouinciae, præualuit voluntas vicarij Christi. Erat enim vir omni virtute ornatus, in regimine utilis. Tantæ sanctitatis fuit, quod aliquando columba candidissima visa est super caput eius: & contractum magnum debitum pro indumentis pauperum, cum mercatore quodam, qui angelus Dei credebatur fuisse, in forma procuratoris absoluit debitum illud, & cancellari fecit eo ignorantē.

Hic tamen cùm diu litigasset episcopus existens, in archiepiscopatu Burdegalensi, pro iure ecclesiæ suæ, & post multos annos Burdegalensis archiepiscopus Bertrandus, papa esset creatus, Clemens quintus nominatus, depositus ipsum Dominum Gualterum ab episcopatu Pictauensi, & reduxit ad claustrum. Demum frater Gualterus ad extrema deueniens, quandam schedulam fecit, in qua continebatur, quod ipse appellabat à sententia domini Clementis papæ, super depositione sua ab episcopatu, ad iustum Dei iudicium, & ipsam schedulam in manu conclusit dextera sua, & cum ea voluit sepeliri. Quod factum est. Multis clareç

claret miraculis, præcipue à quartana liberans. Cùm autem post duos annos, vel circa, papa Clemens, cum curia sua, venisset Pictanios, & ibi moram traheret, auditio quod frater Gualterus, cum schedula in manu sua clausa, suam appellationem continente, sepultus fuisset, voluit hoc videre. Vnde mandauit eum exhumari, & illam schedulam illi auferri. Mira res: manus eius aperiri non potuit, & schedula haberi, nisi prius facta promissione, quod postea restitueretur. Quo facto, statim aperiri permisit manum, & schedulam sami. Quam cùm Papa legisset, miratus est, & reddi eam defuncto iussit. Hactenus sanctus Antoninus. De eodem Meierus in Flandriæ annalibus initio libri vndecimi quædam commemorat.

Die vigesima quinta Ianuarij.

De beato Poppone abate Stabulensi.

Ex historia ad vigesimam quintam Ianuarij edita, auctore Euerhelmo abbate.

Stabuleti, obitus domini Popponis abbatis. Qui projectis armis secularibus, armaturam monasticam induit ad sanctum Theodoricum. Vnde cum Virdunum commigrasset, abbas eius Richardus, à Balduino, Flandriæ Marchione, surrogatus est Atrebati ad sanctum Vedastum, deiecto à regimine Folrado. Richardus autem eo loci secundum à se præfecit Popponem omnium fratrum consensu. Cum autem Poppo videret bona monasterij in beneficia militum conuersa esse, ipse innuente Miles pro Balduino, res monasterij prudenter repetijt, & ut fratrum nobilis equi permanerent, publicis instrumentis stabilivit. Pro quo te, milites ad eum perimendum, viarum septa vndequeaque occupavunt. Sed Poppo per arma iustitiæ à dextris & sinistris vallatus, omnes iniquæ coniurationis conatus rupit. Sed & Henricum, tam pius, quam magnum Imperatorem redarguit, cùm ipsis nudus quidam melle perunguis, non absque vitæ periculo, exhiberetur. Porro idem Imperator, hunc venerabilem abbatem & regimine & miraculis clarum Stabulensis apud sanctum Remaclum præesse voluit: sed & aliorum coenobiorum, sui Imperij,

et